

l. 9. s. 3. l. 11. §. 3. *Litem queritur*, l. 1. i. in naven. 31. in fin. b. r. quo postremo loco Alenus etiam pro ratione assert regula probatam in contractibus, qui utriusque causa ineuntur: at culpe nomine absolute posito, in usu juris culpa levis perpetuo significatur. Denique ut nullus dubitationis locutus reuinquatur, evidentissime hoc ipsum ostendit, l. 3. s. 1. *naut. cap. fab.* quo loco Jurifconsulut conferens actiones locati & de politi cum honoraria, quae ex edicto isto competit, utilitatem eis, quae ex edicto est, hoc nomine maxima commendat: quod in locato con ducto culpa, in deposito dolus dumxat prae fatur; edicto vero omnimodo qui recipit, tenetur, etiam si sine culpa ejus res perit aut damnum datum est, ita tamen, ut nec illi praefatus causus fortuitus, seu quod damno fatali aut via majori contigit. Igitur ex sententia Jurifconsuluti, qui recipit, prae fatus medium aliqui inter culpam & causum fortuitum, quod non praefat conductor: at qui hoc medium nihil aliud esse facerit omnes debent quam culpam levissimam. Quid ergo respondemus ad hunc textum? nimirum idem, quod interpres vulgo, superlativum hoc loco politus esse proposito, verbum *al gentissimum* pro *diligens*; ut hoc verbum secundum subiectam materiam & naturam contractus explicandum sit, eoque hic significari intelligatur, non summa illa & pene modum excedens, sed media diligentia, quam communiter homines diligentes suis rebus adhibere conveuerunt. Sic ex contrario positivus pro superlativo ponitur in l. 5. §. custodiom. s. commod. heredes. 2. 5. §. non tantum. 16. fam. eric. s. 1. sup. quib. mod. re contr. ob. Et quod apparet ex collatione l. 1. in rebus. 18. l. 1. §. 2. ob. & art. 1. s. 1. inf. ob. que quasi ex contr. Idem responderi potest ad l. 1. mer. 25. s. 5. h. r. arg. 1. 3. l. 1. naut. cap. fab. Nam quod alii respondent, causus esse species, qui hic & in d. s. 8. proponuntur, aqua utroque loco agi de rebus, qua natura sua quasi damno maxime obnoxia accuratissimam custodiom desiderant, altero etiam de conductoribus, qui operam quasi ultra offerant, & idem quoque levissimam culpam prae fatur tenetur, arg. l. 1. §. 5. art. 35. dep. admitti non potest. Nam iumenta, columba, dolia, rigua, scripulosa pax exercitii rebus curam, aut curiofam custodiom minimè requiriunt: nec quilibet, quodammodo operam suam offere videatur. ad maiorem diligentiam, quam natura contractus desiderat, obligatur, d. l. 5. §. 1. nam. cap. fab. sed locum hoc habet in articulis; ea tis, qui alicius rei peritiam jurat: quorū idcirco imperita culpe levi annumeratur, cum in altis it levissima, l. 9. §. 10. l. item. 13. §. 1. gemma. s. b. r. l. 12. de fur. l. 8. s. 1. ad leg. Aquil. nisi putamus, etiam eos, qui columnas aut rugia deportanda conductere solent, eodem numero habent, quasi industriam certe rei profiterentur, ut D. Wefemb.

Et aliquo causa fortuito] L. in justico 19. C. ed.
Neque hoc proprium hujus judicet est, sed com-

mune omnium contractuum, l. contractus. 23. de reg. jar. 1. 6. C. de pign. 11. Non obstat quod alibi dicunt, rem locatum esse periculo conductorius, l. 13. §. 1. *b. leibus*. l. 14. §. 1. de fur. Nam illud intelligentium est de pericolo & damage, cui culpa causam prebet: neque novum est, ut illa etiam respectu nostro esse dicantur, in quibus culpam prae fatus, de quo uberior differui sub §. 3. tit. prae. Quod autem hic excluditur causa fortuita, id non fatis argumenti est, culpam levissimam a conductorre prestat: nihil enim frequentius est in jure nostro, quam ut posita prae fatus dol & culpa, quo verbo levis intelligitur, removetur causa fortuita: insuper habito, utrum eo amplius etiam levissima culpa prae fatus, nec ne: utpote que & raro prae fatus, & via culpa sit. Hinc jam judicari potest, an incendium & quando à conductorre prae fatus sit: in quo tamen mirifice variat & interpres, & iudicis sententia. Vid. Gail. 2. 1. Menoch. de arb. jud. 9. 2. cap. 350. Malcard. lib. 2. de prob. in verb. incend. Fach. contr. 37. Moller. 4. semis. 3. D. Tal. denom. comm. in rit. de leg. Aquil. inf. l. 5. Chritian. l. 1. 3. decis. 11. s. 5. ubi plures citat. Assentior autem isti, qui statuunt, inquinatum de incendio locatedi teneri, nisi doceat de diligenti sua in munendo & custodiendo igne adhibita. Fach. & Moller. l. 1. 3. §. 1. de off. pref. v. 1. 1. de per. & comm. ri vend. de quo nos opulentius l. 1. *sol. quest. cap. 33.*

TEXTUS.

De mortuo conductoris.

6. Mortuo conductorre intra tempora con ductionis, heres ejus eodem jure in con ductione succedit.

NOTE.

6. Mortuo conductorre, &c. heres ejus] l. 1. 15. C. b. r. sicut nec ex contrario morte locatoris exprimit locatio, l. 19. §. 8. ed. Heres enim universi juris & onerum defuncti successor est, l. 37. de acq. her. Empor autem vel legatarum striae locationi non tenetur, l. 35. §. 1. l. 31. b. r. l. 120. §. ult. de leg. l. 1. 9. C. b. r.

COMMENTARIUS.

1. *Empor non tenetur stare locutioni facta & ven ditore, & quid hoc sit?*

Morte conductoris conductionem non expli carat, sed heredi quoque ejus intra tempora conductionis onus contractus incumbere, certi juris est, l. 10. C. hoc r. & contra nec morte locatoris exprimat: quippe heres universi juris & onerum defuncti successor est. Aquil. 37. de acq. her. Ait autem Justinianus, heredem eudem jure in conductione succedit: & Gordianus in d. l. 10. heredi quoque onus contractus incumbere: quibus verbis non hoc significant, heredes, pro tempore, quo contractus inter defunctum & se perititem fecerit, actiones locati aut conducedi ten-

ti; quamquam etiam ita tementur, l. sed add. 19. §. antep. h. t. l. cum condic. rem 29. C. ed. quippe omnes actiones ex contractibus ventientes, etiam mandati & pro loco, l. inter. causas. 26. pr. man. 4. l. nemo. 31. & l. 5. merces. 25. §. 1. Qui fundum. 3. hoc tit. l. 9. C. ed. l. In libro. 1. 20. §. ult. de legat. 1. Ceterum ab hoc jure moribus nostris & plerisque Belgicis recessum est, iuxta trium illud, *huius gat voor koop*. Grot. 3. introduct. 19. Neufad. dec. sup. Cur. 30. Guidelin. 3. de jure. nov. 7. ad val. vni. Groenew. de legib. abrog. ad l. 9. C. hoc tit. In hac urbe fequentur jus commune: *Statut. Leid. 74.*

TITULUS VIGESIMUS SEXTUS.

DE SOCIETATE.

Dig. Lib. 17. Tit. 2. C. Lib. 4. Tit. 37.

Continuatio. *Quid sit societas, & quarum rerum, quando & quomodo contrahatur.*

Tertia species contractuum, qui sola contractuum voluntate obligationem indicunt, est societas. Societas est contractus, quo inter aliquos res aut opera communicantur, luci in commune facientur gratia. Primum, ut sit locatio, necessitatis est aliquid mutuo conferri & communicari: nisi quid utrumque in commune conferatur, societas non intelligatur. Inde dictum, donationis culae locatae non contrahi, veluti si aliqui placuerit, lucrum ex re sua factum alteri commune effe, qui de suo nichil conferat, l. 5. §. 2. hoc tit. Enim verò que res invicem conferantur, corporalene utrinque, an illuc res, hinc opera, an etiam opera utrinque, ad societatem communicatione rerum contrahendum nihil interest: nam & inter duos artifices societas coire potest, ut quod ex suo artificio quatuor ferent, inter eos commune sit, l. 1. si non fuerint, l. 2. l. 4. 1. 1. 1. 1. cod. illud quoque nihil refer ad societatem in eundam, quantum rerum societas institutu: nam & univerlorum bonorum societas contrahi potest, & partis bonorum: potest & negotiationis aliquid, que multas res partesque continet: potest denique & unius rei, veluti si primum communis conductor, ut fructus inde quiesci fini communis, pr. hoc tit. l. 5. l. verum 33. cod. Porro, quod ex definitione satis intelligitur, societas est contractum voluntarium, ut a Papiniano vocatur, l. cum auctoribus. 12. §. 8. idem Papinian. 8. cod. nisi enim confusu & traditu de ea re habito communio suscepit, non est societas. Itaque socii non sunt, si qui aut causu in communionem incident, puta legatum, donatio, aut hereditas duobus communiter obvenient, ut si res a duobus simul impliciter empta sit, l. 1. fit. 31. cum 3. leg. ed. Ex quibus locis cum Glossa & citatis in add. ad Barb. temperandum est, quod in l. 2. comm. dix. Jurifconsulut ait, rem, quae à duobus pariter empta est, cum locatice communem effe; nempe si empta sit cum affectione & animo societatis; idemque

TEXTUS.

Divisio à materia.

Societatem coire solemus aut totorum bonorum, quam Graci specialiter nominaverunt appellant; aut unius alicuius negotiationis, vel iuris mandatorum vendendorum emendorumque, aut olei, aut vini, aut frumenti emendi vendendique.

NOTE.

Societas eis circa [1] Societas est communio consensu suscepit. Eisque duplex, vel vite, quam uno verbo nuptias sive matrimonium appellamus; vel bonorum, qua verbo generis in iusta iuris vocatur: de qua sola hic agitur.

Aut totorum bonorum. [2] In qua bona omnia praefestio continuo communicantur, actiones invicem cedentes, que polita obvenient, in commune redigenda. l. 1. §. 1. 2. l. 3. l. 37. & seq. hoc tit. Cum autem aliqui simpliciter societatem contrahunt eorum dimittant, quae ex quaestu venient, eis eis videtur, non eis, que beneficio alieno aut dono fortunam, l. 52. §. 5. eod.

Unius negotiationis. [3] Vel artifici, vel fundi in commune empti: in qua id solum, quod ex quaestu rei venit, cuius societas contracta est, lucrum commune est. l. 52. §. 5. eod.

COMMENTARIUS.

1. Species societatis subjectis distincta.

2. Quae de universorum bonorum societas contractata intelligatur: ejusque ficta.

3. Moribus Boii salem societatem inter coniuges constituta: et quando ipso iure: unde & quid amplus in bac, quam in alia universalis?

4. Quae bona communiciantur, se societas simpliciter coira sit?

5. Peculiaria quadam in societate omnium bonorum.

Societas diversa sunt species, & effectibus, & subiectis distincta. ut l. 1. §. 1. l. 3. §. 1. l. 5. l. 7. cum aliquis seqg. l. 5. si non fuerint. 29. & paf. hoc sit. Imperator autem hoc loquens id tantum videbat offendere voluisse, aliam esse societatem universalem, aliam particularem, ut vulgo distinguitur: quoniam minus accurata est oppositio est.

3. Pinguis a diversitate subiecti societas ita distibui potest, ut dicamus, aliam esse rerum & bonorum omnium, aliam universorum, que ex quaestu venient, aliam partis honorum tantum, aliam deinde unius rei, puta certe alicuius negotiationis vel artifici, aut fundi in commune empti. In bonorum omnium societas bona omnia praesentia, id est, que coequuntur, sunt tempore contractas societas, continuo communicantur, l. 1. §. 1. l. 2. hoc sit, actiones invicem sunt cedentes, l. 3. eod, que postea obvenient, iudicio ipsorum communicanda, l. 5. societatem. 73. & l. seq. eod. & quidem etiam omnia, id est, tam ea, que beneficio alieno

& dono fortunae obvenient, quam que ex operario locutorum queruntur, d. l. 1. §. 1. eod. Huiusmodi autem societas tunc tantum contrafiant intelliguntur, cum nominatio & specialiter omnium bonorum coita est, d. l. 1. Interdum tamen evenit, ut tacite quoque id actum videatur, veluti si fratres consores post mortem patris, bonis individualibus non paternis tantum sed etiam exercitis, in quorum communionem inciderunt, lucris omnibus communicatis, vixerint, nec a se invicem rationes unquam exegerint. Haec autem omnia coniunctum requiruntur: nam si tantum paternae hereditatis frustis communicantur, aut unus proprio nomine quid gererit, sibi habuerit, universalis societas minimè contrafacta videbitur, nec quod aliunde quecumque est, veniet in communionem, l. cum dubius, 52. §. 2. *epiphanius* 6. ht. l. 4. C. comm. utriusque jud. Ant. Fab. *Cod. suo*, *hoc tit. defn. 3.* D. Tuldene. *comm. hic*, cap. 1. Moribus feret totius Boii (Frisianum excepto), vid. D. Joan. à Sande *rer. jud. lib. 2. tit. 5.* cap. 3. bonorum non solum communio & universalis societas inter coniuges ipso iure constituitur, nisi quid contra factis antenuptialibus cautum sit in qua societas etiam hoc amplius est, quam in alia universalis, quod etiam ea, que post contractum matrimonium alterutri conjugij quiescaunt, continuo inter eos communia fuit, non expectata neque eorum communicatione, scilicet quia ex hanc communicatione indicat. Vid. D. Neoclit in *not. ad observ.* cum aliis sociis, quamvis universalis bonorum, que post contractum societas acquirunt, sibi acquirant: ut tandem iudicio societas ea cognitio communicare, & quiesca in commune redigere, l. 5. societatem. 73. & l. seq. hoc sit. Unde Paulus in l. 1. §. 1. eod. non ait, simpliciter inter locos omnium bonorum continuo communicari res omnes res omnes que coequuntur sunt, id est, que tunc sunt, cum societas coequunt. In societate universorum, que ex quaestu venient, res coequuntur ea bona præsentia non communicantur, sed futura tantum, seu lucra postea obvenient; neque tamen haec omnia, sed ea solummodo, que ex quaestu quotidiano, id est, ex opera & negotiis cuiusque socii acquiruntur, puta lucrum, quod ex empione, venditione, locatione, conductione, & similiibus commerciis, aut ex causa artifici descendit. Quae vero alieni beneficio obvenient, sicut sunt hereditates, legatum, donationes, ea extra hanc causam habentur, l. 7. & aliquis seqg. hoc sit. Talis societas contrahi intelliguntur, cum aliquid simpliciter societas coequunt, hoc est, saltem dicunt, sibi placere, ut inter ipsos societas sit fine designatione rerum, quarum societas contrahi velint. l. 7. Fallitur autem D. Bachovius, dum putat etiam in societate finipliciter hoc modo contracta bona ipsa coequuntur, ut societas communicari: hoc enim non obseruit pugnat cum d. l. 7. Et l. 1. §. 1. eod. differit loquitor de societas omnium bonorum. Veteres autem non aliam bonorum aut fortunatum omnium societatem agnoscunt, quam que nominantur ita con-

DE SOCIETATE.

3 tracta est: ut bene Baro hic. In societate omnium bonorum etiam illud peculiare est, ut id quid socius necessus habeat prestat ex obligacione honesta: atque adeo etiam aliena injuria coactus, id omnis in societate rationem veniat, tametsi extra causam, societas id prestat, l. cum dubius, 52. §. 11. hoc tit. l. 59. §. 3. fam. erit. Non mirum, cum rufus omnia etiam que ex lucrativa causa obvenient, in commune sint redigenda. Quia propter etiam est socius universalium bonorum quid erogaverit in honorem liberorum: honeste tamē & decenter, non profuse, inve fraudem locutorum, id in formam imputabit, veluti si pater filium in studiis aiuit, atque eo nomine quid honetur & bona fide erogavit, sicut pater, §. 50. fam. ere. Quid si filium elocavit, & pro ea detem dedit? Adhuc diecim, societas id communem omnia esse, non folios patris, arg. l. 19. de rit. nupt. Roil, à Vall. conf. 9. Menoch. 2. de arb. jud. cap. 12.7. Fact. 8. contra. 4. Christin. vol. 3. defl. 51. num. 9. Götthof. ad l. 8. l. hoc tit. Bachov. ad Trent. l. 1. defl. 27. 59. 8. Prior illud etiam admittit D. Tuldene. *comm. hic*, cap. 4. fed de dono differt: propere quod donum impatur legitime, & conferenda est, & autem, que studiorum causa filio subministratur, non item, d. l. 50. fam. ere. Sed quid hoc ad rem? Immo cum filium dotare patet tenetur, vel magis in doce id obtinere debet. Sic ea, que pater liberis emancipatis concedit, ut se exhibeant, familiam, quam instituit sustentatur, conferuntur, l. 17. in fin. C. de collat. que famem imputabili societas: & potest patre imponens studiorum causa factis hanc legem dicere, ut post mortem conferantur. Hoc autem nihil ad socios. Planè feude in hanc societatem non venient. Bald. & Prob. in c. *Imperialium de prob.* feud. al. per Fred. & in cap. 1. de in prob. de re al. fact. Praf. Everh. cons. 4. In reliquis societibus id solum, quod ex quaestu negotiationis venit, aut rei, cuius societas contracta est, lucrum commune est: ex alia causa quaecumque ad communione non pertinet, l. cum dubius, 52. §. cum dub. 5. eod.

TEXTUS.

De partibus lucri & damni.

1. Et quidem si nihil de partibus lucri & damni nominatum convenire, aequalis scilicet partes & in lucro & in damno spectantur. Quod si expressa fuerint partes, ha servari debent. Nec enim unquam dubium fit, quin valeat conventio, si duo inter se facti sint, ad unum quidem due partes & lucri & damni pertinent, ad alterum tertiam.

COMMENTARIUS.

1. Summa disputationis hic proposita.

2. In imperiis rerum collationis, si de partibus nihil Vinnius inpositus.

dicitum sit, impares quoque constitutes intelligi; & representari, qui fecerit sicutum, 3. Ut partes expressa, qualiscumque collatio sit, conventionem servandam.

Omnis societas lucri in commune faciendo gratia coitur. Sed non semper lucrum sit, & sepe etiam damnum. Hinc de partibus lucri & damni querendum est, ut sciat, quantum & quanto & in lucro & in damno ferat. Summa I. hujus disputationis tribus hinc propositionibus continetur. 1. Si nihil nominatum convenire, partes & in lucro & in damno aequales sunt. 2. Si partes expressa fuerint, has servari oportet. 3. Si una tantum in causa pars expressa sit, in altera, que omessa est, eadem pars servari debet.

Equalis se parter] Si partes expressa non sunt, id tacite actum intelliguntur, ut aequalis sunt, l. si non fuerint. 29. pr. 2. quod sic vulgo & recte acceptum est, ut pro vero habendum sit, cum ea quoque que conferuntur, sunt aequalia: ceterum si inaequalis sit collatio, pro rata eius, quod quisque contulit, partes fieri: aequalitatem enim hic intelligi debet non arithmeticam, sed geometricam, id est analogam rebus collatis. Nos placer hoc D. Comano, lib. 7. 2. comm. 13. neque D. Tuldene *comm. hic*, cap. 5. qui ita disputant, ut existimat, etiam in imperiis rerum collationis, si de partibus societatis nihil dictum sit, aequalis partes per numero locutorum tacite factas intelligi non considerato eo, quod quisque contulit, quasi ubi nihil speciatim dictum est, commarentur dumtaxat negotiationis fortunam spectasse, acquisitum eo accipiente videantur, ut quilibet damni & lucri tantum habent, scilicet jubent id etiam legi societas atque amicitia, quae ab equalitate primum natum sit, & pares faciat etiam quos impares suscepit. Sed ut concedamus, hoc tacite actum videri in societate omnium rerum, aut simpliciter & sine designatione rerum contracta: tamen in societate unius alicuius negotiationis idem probandum non est. Nam cum nihil aquilon sit, quam ut quilibet pro ratione fortis, quam in eam negotiationem contulit, lucrum ferat, l. 6. l. quid enim. 80. hoc sit. hoc ipsum tacite quoque adum intelligi convenit, si nihil dictum est. Bene Arifot. 8. Ethic. ad Nicomach. in fin. 19. 3. Polis. 6. E' pragmata novissima mōs regnatoris si rō-
cessidō, mōs VINN. Plura ad l. 29. ff. pro-
sec. in hanc tentiū commentatus est Vir Clarissimus Gen. Noodt. Comment. in Pandect. hoc tis. p. 320. seqq. Tom. 2. Op. quem ex-
mium Jureconsultum, dum hæc scribo, ad superos excelsis, non sine dolore audio. Mortuum fatem nemo dixerit, qui tot egressus operibus immortalem sibi gloriā peperit, & jam vivus quoddammodo interfuit po-
ritat. Hein.

Si expressa fuerint partes, ha servari debent,]
Eeeee

Ac proinde etiam si inaequalis servari placuerit in collatione aequali, servi servando erit: & cum a li- aequali servari placuerit in locatione inaequali, itaque cum sepe non confert, an aequalis utriusque aut rerum aut operae collatio facta sit, ut omnia de hac re controversia inter locos tollatur, recte fecerint si ipsi expresse partes societas constituant. Videatur tamen quod hic simileiter dicatur, aliqua indigere cautione, de qua sub § seq. Quod si societas ea conditione contractat, ut partes pollea constituantur, ad boni viri arbitrium res redigenda est, l. 6. hoc sit. Sed si arbitrio tertii alius partium definitio permista sit, arbitrium boni viri electum videtur, poteritque in manifesta iniquitate arbitrii personae electae per iudicium bona fidei corrigit, l. societas, 76. cum 4. II seqq.

Ut ad unum eam partes, &c. Hac conventione, ut ad unum duae partes tam damni, quam lucri pertinente, ad alterum tercia, proper analogiam inaequalitatis partium in damno & lucro facile recepta est. Immo via inaequalitatem habere videatur: quoniam incertum est, lucrum an damnum ex communis negotiatione proventur sit: neque enim tempore raveno Mercurio negotia procedunt.

TEXTUS.

De partibus inaequalibus.

2. De illa sane conventione quae sicut est, si Titius & Sejus inter se pati sint, ut ad Titium luci due partes pertinente, damni tercio, & Sejum due partes damni, lucri tercio, an rata debet haberi convenio? Quintus Mucius contra naturam societatis italem passionem esse existimavit, & ob id non esse ratam habendam. Servius Sulpitius, (cujus sententia pravulius,) contra sensit, quia sepe quorundam ita pretiosa est opera in societate, ut eos iustum sit conditione meliore in societatem admitti. Nam & ita posse coiri societatem non dubitatur, ut alter pecuniam conferat, alter non conferat, & tamen lucrum inter eos commune sit: quia sepe opera aliecius pro pecunia valent. Et adeo contra Quintum Mucium sententiam obtainuit, ut illud quoque confitebitur, ita quis lucri partem ferat, de damno non teneatur: quod & ipsius Servius convenienter sibi fieri existimavit. Quod tamen ita intelligi oportet, ut si in alia re lucrum, in alia damnum illatum sit, compensatione facta, solum quod superest, intelligatur lucro esse.

NOTÆ.

2. *Contra naturam societatis*] Ut pote que equalitatem tanquam iure quodam fraternitatis delideret, l. 63. pr. cod.
- Servius Sulpitius*] l. 30. in fin. h. t.
- Opera aliquius pro pecunia*] Idem intelligi debet de labore, de periculo navigationis & similibus, l. 29. §. 1. sed.

COMMENTARIUS.

- Sulpitium in casu hic proficito non tam imbrabasse videri sententiam Mucii, quam temporaffe.*
- Improbatur eadem Mucii sententia simpliciter.*
- No. abita quadam circa easum, quo ab uno pecunia, ab altero opera conferitur.*
- Si conveniret, ut unus lucri sit participes, danni immensis, & de leonina societate.*

DE SOCIETATE.

ne nimis inducatur inaequalitas, & quæ sapientia communione leoninam. Deinde quia aperte huic sententiae refragatur, quod simpliciter scriptum est §. præc. si partes expresse fuerint, has servari debere: quod & de partibus equalibus in collatione inaequali, & de partibus inaequalibus etiam ubi equalis est collatio, omnino accipiendum est: quoniam in collatione inaequali, etiam si de partibus nihil convenerit, partes inaequales juncta ea, que dicta sunt, constituta intelliguntur. Atque hoc citram probat thesis §. seq. & l. Motius, 30. in fin. cod. Etū vero hac ratione inducitur aliqua inaequalitas: non video tamen, cur non possit expressa conventione id effici, ut non plante tollatur lucri communio, in qua certior societas sufficiat. Nec dubium est, quin societas quæ ex parte donationis causa recte contrahatur aucto emprio vendito, id. §. 38. de cont. empt. Quare existimandum potius est, Servium in reddenda ratione sua sententia reflexive ad id quod plerumque evenit, ut felicitas unius opera sit pretiosior, & plus societas profit, quam alterius: de quo ramen in singulis peritis inquirendum non est, cum ad expeditum pasti, quod contra Mucium probat, defendantur sufficiat, id evenire posse, & frequenter etiam evenire: neque aliud lenitatem Ulpiani, aut nimis folium improbabile inaequalitatem, l. 1. 29. hoc tit. Utet verò sit, usus hujusmodi conventiones sustinet, ut post Angel. Porc. & alios testatur Wefemb. his & in par. d. loc. add. Menoch. 2. de arb. jud. cas. 125.

3. *Ut alter pecuniam*] Etiam uno pecuniam, altero opero conferente societatem contrahi posse obtinuit, l. 1. C. hoc tit. & quidem ita, ut hic dicatur, ut lucrum inter eos commune sit. Quippe cum exp̄e aliecius tantum fit, quanto pecunia est. Tristum est illud Plauti Afr. act. 1. sc. 1. *par. pars. hostimentum est, opera pro pecunia, illud simile illud in l. 1. 29. §. 2. ed. præc. opera & artis est levamentum, id est roxus.* Utrum apud Non. amissi est, aquamen, levamentum. In codice Heraclio preposito literarum ordine scriptum est *valentiam*. Nimur qui item operam præfatur, non minus præstare creditur, quam is, qui pecuniam conferit. Quod opera dicitur, idem & de labore ac periculo navigationis & similibus intelligi debet, d. 1. si non fuerit, 29. §. 1. hoc tit. Possunt igitur duo societates sic coire, ut unus pecuniam conferat, unde merces emantur & negotiatio exercitatur; alter operam dumtaxat, qui proficiatur ad merces emandas, emat, & vendat: ut sic deinde lucrum commune sit. Ceterum hæc collatio non uno modo sit: nam aut opera conferunt cum solo pecunia ulio, quo calo fors dominio perit, & si calvo est, dominio calvo est: aut opera conferunt cum ipso dominio pecunia, quo calo qui operam impedit, participes sit fortis. In prima specie comparatur cum opera non foris, id periculum amittens fortis, & lucrum, quod ex ea probabiliter sperari poterat. In altera

l. 2. apellatione proverbiali ducta ex Apologo Elopis de leone, asino, & vulpe. Vid. Defidrium nostrum in Chilid.

In alia re lucrum, in alia damnum] Lucrum non particulat astringatur, sed in summa summarum, hoc est, id demum pro lucro reputatur, quod deducto omni damno atque impensis superevit. Quemadmodum ex contrario damnum non intelligitur, nisi deducto omni lucro. l. 30. h. t. Itaque si inter duos inita sit negotiatio mancipiorum & borum, argu in illa damnum acceptum 100. aureorum, in hac lucrum factum 300. facta lucri & damni compensatio, reperitur supereffe lucrum dentorum, qui secundum legem societatis dividi debent.

TEXTUS.

De partibus expressis in una causa.

3. *Illud expeditum est, si una causa pars fuerit expressa, (veluti in solo lucro, vel in solo damno,) in altera verò omissa,*

in eo quoque quod praefermissum est, eamdem partem servari.

COMMENTARIUS.

Que partes in causa lucri aut damni tantum definitae sunt; eadem etiam in causa omnia tacite definitae intelliguntur: verbi causa, si ex lege forsan causa sit; ut ad unum due partes lucri, ad alterum una pertineret, tacitè actum intelligitur; ut eadem partes & in damno agnoscantur; & si converget, ut partes lucri aquilans, tacitè conventionis intelliguntur ut damnum quoque pro auxiliis partibus communis sit. Idque locum etiam habet in societate conjugali, puta si pacto antenuplum placuerit, lucra ex Quæstua obvenientia & qualiter communicari: nam tunc damna quoque uterque conupsum ex aquo ferre debet. Everhard. consl. 197. Christian. vol. 2. de iur. c. 1. num. 2. Ratio hujus juris afferit haec folet, quod id, quod disponitum disipitum est in uno correlatorum, etiam disponitum conferatur in altero: sed parvus, ut mihi videatur, sed à paritate rationis totum hoc pender: quod etiam agnoscere videtur illi, qui non simpliciter, quod in uno correlatorum disipitum est, in altero quoque disipitum censeri tradunt, sed addio hoc temperamento, quando utriusque par ratio est. Bald. n. 1. C. de Ind. vnde toll. Jali. in l. 1. C. de iur. voc. Christian. d. l.

TEXTUS.

Quibus modis societas solvitur.
De renuntiatione.

4. Manet autem societas eo usque, donec in eodem consensu perfaveraverint. At cum aliquis renuntiaverit societati, solvitur societas. Sed planè si quis callide in hoc renuntiaverit societati, ut abyenens aliquod lucrum solus habeat; veluti si sotorum bonorum socius, cum ab aliquo hæres effet relictus, in hoc renuntiaverit societati; ut hereditatem solus lucri faceret, cogitare hoc lucrum communicare. Si quid vero aliud lucri faciat, quod non captaverit, ac ipsius jolum pertinet. Ei vero, cui renuntiatum est, quicquid omnino post renuntiatam societatem acquiritur, soli conceditur.

COMMENTARIUS.

1. Quoniam rationem habeat, quod placet vel unus & socii renuntiatione societatem solvi, adeoque tunc etiam, cum in perpetuum coita est?

2. Quibus ex fadis renuntiatio tacitè facta intelligitur?

3. Malitiosa renuntiatio quatenus nisi necesse;

DE SOCIETATE.

quisque negotiari, l. iraque. 64. sed. veluti si Typographi aliquot, qui ante communibus sumptibus libros imprimendos curvantur, postea singuli domi sibi imprimere coepirint, & commune impendim facere desierint, tacite renuntiatio facienti intelliguntur.

3. Si quis collatè renuntiaverit? Quavis renuntiatio quantumvis infiducia, haecenus valet, ut renuntiantia noceat, & libertas ab eo socios: at ex contrario non quelibet renuntiantia liberat à focus, sed ea solum, quæ injuria caret. Injuria autem renuntiatio habet, non tantum si calidè & malitiosa facta sit, cujus exemplum hic profertur: verò etiam, quæ facta sit absenti, quod si fides, l. 17. §. 1. sed. item si facta intempestivè, id est, ante tempus conuentum, iñiis nova causa, l. 14. & 2. seqq. sed.) aut eo tempore, quo res in communem negotiationem comptas vendi non expedit, ita ut non privatum unius es focus, sed societatis interficit, eam non dirimi. Qui sic renuntiat, damni particeps, lucri expers manet, d. l. 7. §. 1. l. actione. 65. acq. har. l. heredit. 63. de reg. jur. Sed admissum in societate ex natura huius contractus: atque eadem ratione, qua in mandato quoque place morte mandatari solvi mandatum: nimirum quia in societate non tantum rei familiari, ut fere in aliis contractibus, verum infra etiam fiduci & induitivè, que ad heredes non transirent, contemplatio versatur. Nam, ut in textu dicitur, qui societatem contrahit, certam personam sibi eligit, cujus scilicet fidem, industriam, res & facultates sequatur. Uique adeo autem morte focus dirimus societatem placet, ut nec ab initio pacifici possumus, ut heres in societatem succedat, d. l. nemo. 35. d. l. adeo. 19. hoc sit, quasi & tale pacium naturæ societas repugnet, ut quis invitus focus efficiatur, cum non vult, d. l. actione 65. §. societas. 11. sed. Excepta tamen sunt societas vetylmalum, in quibus hujusmodi conventiones ob publicam utilitatem admisae: manetque hoc calu societas etiam post mortem, nisi forte is mortuus sit, cuius contemplatione potissimum societas coita, aut fin quo ea administrari non possit, d. l. adeo. 19. l. verum. 63. §. in hered. 8. cod.

5. Cui renuntiatio est? Cui dolos renuntiatio est, is nihil eius lucri, quod post renuntiacionem alioquin quæcavite, renuntianti communicare tenetur: quoniam avara & fraudulenta renuntiatio renuntiantem quidem à focus non libera: focus tamen liberat à renuntiante, d. l. actione. 65. §. 3.

TEXTUS.

De morte.

5. Solvitur adhuc societas etiam morte socii, quia qui societatem contrahit, certam personam sibi eligit. Sed & si consensu plurium sociorum societas contrahita sit, morte unius socii solvitur, et si plures superfici: nisi in coenada societate aliter convenerit.

NOTA.

5. Nisi, &c. aliter convenerit] Id est, ut uno mortuo nihilominus inter superiores socios continuetur, ut uno mortuo nihilominus inter eos, qui superiores futuri sint, societas maneat, rata est inter vivos & contentientes conventio, d. l. actione. 65. morte. 9. hoc sit. Ratio est, quoniam cum plures societas coent, alii aliorum contemplatione ad eam accedunt, ut proprie vel uno fublato, amplius in societate manere non videantur.

item ut bonam fidem prestat & acti etiam culpam in eo, quod ex antegallo pendet, d. l. 65. §. 9. l. 39. & seq. sed.

COMMENTARIUS.

1. Cur visum, ut morte & vel unius & pluribus tota solvatur societas: & quo id perireat; num. 3.

2. Ratam effo conventionem, ut mortuo uno, inter superiores societas perireat.

E Tiam morte unius socii societas solvitur, l. 1.

4. 6. 1. l. nemo. 35. l. cum duobus. 51. §. idem.

9. l. adeo. 39. l. verum. 63. §. ult. l. adiunctione. 65. §. morte. 9. hoc sit. Et hoc genus distrahend obligations societatis proprium est, recedens ab illo communis, quo placet, heredem in eamdem obligacionem & idem jus, quod defuncti fuit, succedere, sicut, præc. tit. l. heres in omne. 37.

65. acq. har. l. heredit. 63. de reg. jur. Sed admissum in societate ex natura huius contractus:

atque eadem ratione, qua in mandato quoque place morte mandatari solvi mandatum: nimirum quia in societate non tantum rei familiari,

ut fere in aliis contractibus, verum infra etiam fiduci & induitivè, que ad heredes non transirent, contemplatio versatur. Nam,

ut in textu dicitur, qui societatem contrahit, certam personam sibi eligit, cujus scilicet fidem, industriam, res & facultates sequatur. Uique adeo

autem morte focus dirimus societatem placet, ut nec ab initio pacifici possumus, ut heres in

societatem succedat, d. l. nemo. 35. d. l. adeo. 19. hoc sit, quasi & tale pacium naturæ societas

repugnet, ut quis invitus focus efficiatur, cum non vult, d. l. actione 65. §. societas. 11. sed.

Excepta tamen sunt societas vetylmalum, in quibus hujusmodi conventiones ob publicam utilitatem admisae: manetque hoc calu societas etiam post mortem, nisi forte is mortuus sit,

cuius contemplatione potissimum societas coita, aut fin quo ea administrari non possit, d. l. adeo. 19. l. verum. 63. §. in hered. 8. cod.

Sed & si consensu plurium] Et si plures, quam duo, societatem coierint, & unus tantum ex his mortuus sit, totam tamen societatem dissolvi placet, id est non tantum dissolvi quod per sonam heredes defuncti, sed ita, ut nec qui superfluit, societas obligentur, d. l. actione. 65. §. morte. 9. hoc sit. Ratio est, quoniam cum plures societas coent, alii aliorum contemplatione ad eam accedunt, ut proprie vel uno fublato, amplius in societate manere non videantur.

Nisi in coenada societate aliter convenerit] Si in contrahenda societate inter plures nominatum convenerit, ut uno mortuo nihilominus inter eos, qui superiores futuri sint, societas maneat, rata est inter vivos & contentientes conventio, d. l. actione. 65. morte. 9. Neque, quod putat D. Hotomanus, hanc conventionem Ulpianus improbat l. 35. l. cum duobus. 51. §. idem. 9. l.

Ecce e 3

ad eo, Confundit Hotmannus dicitur: *ad eo*, quo placet herae in societatem succedere, quod ab Ulpiano improbat; & *ad eo*, quo inter plures societatem contrahentes caverunt, ut uno mortuo inter superflues societas continuetur. Quod valere potest Paulum in *d. l. actione 65. §. morte*, *3. y. tractat Iustiniianus* hic. Illud obiter monendum sumus, cum morte socii solvi dicuntur societas, id non ex pertinere, ut haec loci non seneantur actione pro loco ex ea obligatione, que flante societas nata est, aut ut non proponantur in eum actio, ut bonam fidem praefest. & auct. etiam culpam in eo, quod ex antegestio penderet, *d. l. nemo. 55. c. 1. sig. d. l. verum. 62. §. in hec edem. 8. d. l. actione 65. §. morte. 9. hoc tit. sed ut intelligamus, hæredem neque locum esse, neque in ultimam partem commodi aut incommodi, quod ex ea societas esse posuit, in reliquum tempus vocari.*

TEXTUS.

De fine negotii.

6. Item si alicuius rei contracta societas sit, & finis negotio impositus est, finitur societas.

COMMENTARIUS.

Si societas certe alicuius negotiationis causa inita sit, puta vini aut frumenti ad certam quantitatem emendi vendendique, fine negotio imposito, id est, emplo distractoque vino aut frumento societas extinguitur, *d. l. actione 65. §. item 6. 10. d. l. verum. 62. §. ult. cod.* Sed in eo nihil proprium videtur societas: ut ipso cui ea lex ab initio dicta sit. Idem est, si ad certum tempus contracta sit societas: nam exacto tempore ea expirat, *fac. d. l. actione 65. §. item quod 6.*

TEXTUS.

De publicatione.

7. Publicatione quoque distracti societatem manifestum est, scilicet si universa bona socii publicentur: nam cum in ejus locum alius fuerit, pro mortuo habetur.

COMMENTARIUS.

Quod Paulus *d. l. actione 65. §. publicatione. 11. hoc tit.* unde hic locus defensus est, dicit, publicatione bonorum socii distracti societatem, hoc Modestinus & Ulpianus dixerunt, societatem solvi capitatis diminutione, *l. a. §. 1. d. l. verum. 62. §. ult. cod.* Intelligent enim capitatis diminutionem maximam & medium, cum focus fevereitate sententia aut in servitutem redigatur, aut in infusum deportatur,

bonorum, locum habere eo catu, quo nihil pecunia in societatem collatum est, aut quo ille, qui oderat tantum coniunct, bona salva civitate amissi, nisi forte ob bona amissa separata operam praestare nequeat.

Si adhuc consentiant] Nihil prohibet, cum consenserint, qui bonis cessit, renovare societatem: quippe qui cum civis maneat, alia bona acquirere potest, vel operis suis vel alieno beneficio, *l. 6. de cess. bon.*

TEXTUS.

De dolo & culpa à socio praestandis.

9. **S**ocius socio utrum eo nomine tantum tentatur pro socio actione, si quid dolo commisisti, sicut is, qui deponi apud se passus est: an etiam culpa, id est, desideria tua, negligentia nomine, quæstum est. Prævaluit tamen, etiam culpa nomine teneri eum. Culpæ autem non ad exactissimum diligenter dirigenda est. Sufficiunt enim tamē diligenter communibus rebus adhibere focus, qualis suis rebus adhibere solet. Nam qui parum diligenter focus sibi adjunxit, de se queri, sibique hoc imputare debet.

NOTE.

9. **S**ocius socio] Ex Gajo *l. 72. h. 1. Actio prædicta ex utroque latere directa est: nam utriusque est per eum.*

Qualem suis rebus adhibere] Id est medianum, qualem plerique patrescum. Suis rebus adhibent, *l. 11. deper. & comm. rev. l. 15. §. 4. de cont. empt. l. 14. de pign. att. Leven itaque culpam, non etiam levissimum focus praestat. Quod & ipsius convenient regule de contractibus, qui utriusque gratia sunt, *d. l. 5. §. 2. commod.**

De queri] Eadem ratione utitur *sup. §. ult. quib. mod. re cont. ob. ad excludendum culpam levem. Certior est illa, quam modo attulimus, quod in hoc contractu omnium versatur utilitas.*

COMMENTARIUS.

1 Nullam videri probabilem rationem dubitandum, utrum focus loco doli dumtaxat, an etiam culpa seu negligentia nomine obligetur?

2 Ad quem diligenter gradum culpa in iudicio societatis exigenda?

3 **Nodus Gordius**, quem nesciit *l. 32. depos. focus.*

*Foris res bona dammati publicari solent, l. 1. de bon. damn. l. 8. §. 1. & 2. qui refam. fac. Poterat haec species disficiationis etiam ad præcedens genus referri, ad eam videlicet, quo morte socii contingit. Quibus enim libertas aut civitas adempta est, hi jure civili pro mortuis habentur. Quæcumque pertinet, quod dicitur in *d. l. verum. 36. §. ult.* homines interire aut morte, aut maxima & media capitatis diminutione. Sed & alia ratione ad lequens genus referri potest. Vinn. Atqui si liberatus bonus cedit, bona non publicantur, sed venduntur; nec pro mortuo habetur, cuius sufficiencia venit, sed cujus bona ob delictum conferata publicabatur sunt. Vid. *l. 63. §. 10. l. 15. l. 65. §. 1. & 2. ff. pro soc. Hein.**

Alius succedit] Intellige alium, qui bona dammati ablati occupat, & sibi vindicat, *l. ult. de bon. tor. qui ante fent. vel mort. sibi conserv. &c.*

TEXTUS.

De cessione honorum.

8. Item si quis ex sociis mole debiti prægravatus bonis suis cesserit, & ideo propter publica & privata debita sufficiencia ejus veniat, solvitur societas. Sed hoc casu si adhuc consenserint in societatem, nova videatur incipere societas.

NOTE.

8. **Bonis suis cesserit**] dicit. *l. 65. §. 1. Hoc Mordinus dixit.* egeftate difficiari, *l. 4. §. 1. cod.*

COMMENTARIUS.

Postremo etiam egeftate unius focus societas solvitur, *l. 4. §. 1. hoc tit.* egeftate scilicet extrema, id est, bonorum omnium, aut tantum non omnium amissionis. Nam cum societas contrahatur bonorum in commune querendorum causa, non magis bonus sufficiens societas locus esse potest, quam sublata persona focus. Amittuntur bona aut civitate falsa, veluti cœfessione, id est, si focus vere alieno opprimit bonis suis creditoribus cesserit; eaque à creditoribus distracta fuerit, *l. 3. de cœf. bonar.* ac cum etiam societas dirimi placeat, *hoc text. & d. l. actione 65. §. 1. cod.* aut civitate una cum bonis amissi, ut in specie precedente: nam publicatione bona amitti, ipsum verbum publicationis fatis indicat: eaque consideratione illa quoque ad hanc rationem dissolvende societas referri potest. Sed & decotione bona amittuntur & perirent. Ceteræ decotione bona societas lovi negat. Strachia de decolor. part. 2. n. 47. nulli ea ad manifestam egeftatem focus redegit, arg. *d. l. 4. §. 1.* Quid & D. Tuld. probat comm. hic. cap. 7. Non puto autem, quod h' traditur de dissolutione societas ob amissionem

bonorum, locum habere eo catu, quo nihil pecunia in societatem collatum est, aut quo ille, qui oderat tantum coniunct, bona salva civitate amissi, nisi forte ob bona amissa separata operam praestare nequeat.

*H*oc etiam sunt apud Gajum *l. socius 72. hoc tit.* cuius verba huc transtulerunt Compositores. Habet autem hic locus majorem difficultatem, quam vulgo interpres opinantur. Illud confitat, societatem esse ex numero corum contractuum, qui utriusque contrahentis gratia sunt, in quibus juxta regulam traditam in *l. 5. §. 2. compod.* (ubi nominatum quoque societas mentio fit,) & dolus culpa praestatur. Sed & illud certum est, appellatio culpa, quod ea absolute ponitur, aut dolo opponitur, levem perpetuo significari, latam culpam comprehendere nomine doli. Vid. *sup. §. 2. quibus mod. re cont. ob.* Quapropter nulla videtur esse probabilis dubitandi causa, utrum focus doli nominis dumtaxat, sicut depositarius; an vero etiam ob culpam leui desidiam ac negligenciam teneatur: quod tamē questionis esse ait hic Jutiniianus, & ex veteribus Ulpianis in *l. cum dubiis. 52. §. 2. ed.* Illa sane dubitandi ratio facta iusta non est, quod focus proper suam partem causam habet gerendi; siquidem hoc à culpa neminem excusat potest; sed tantum facit, ut culpa non aliter opotito diligenter summi gradus; id est, ne praefetur culpa levissima, *l. bresdes. 25. §. non tantum. 16. Jam erit.* Fortassis ideo de eo dubitatum putaveris, quia ut in calce hujus §. & *d. l. socius 72.* dicitur, is qui parum intelligentem locum sibi adiecit, de se queri, siue quæ id facilitati aquæ incire imputare debet. Et sane hanc rationem Jutiniianus & Gaius alibi afferunt, tanquam ob quam placeat, depositarium colum tantum, non etiam culpam aut negligenciam praestare. §. *sup. quibus mod. re cont. ob. l. 1. §. 1. quibus mod. & ob. & ad.* Veridem inde hoc loco, & *d. l. socius 72.* eo argumento utuntur, non ut probent, focus de dolo tantum teneri, sed ut probent, cum compellendum non esse ad praestandum exactissimum diligenter, five, quod idem valeat, sufficere si medium diligenter adhibuerit, & culpa, exigenda ad communem hominum modum, careat. Sed non est, quod in eo nos torqueamus, cum alia & certa ratio sit, quæ manifeste officiat, ut in societas non modo dolus, sed etiam culpa praestetur; nimis rara quia, ut jam diximus, communis societas ad omnes focus pertinet: quæ res etiam aperit focus separat à depositario, qui onus tantum sustinet, commodi nihil expectat. Ceterum in his postea non est tota hujus loci difficultas. Vinn. Immo justissima videtur fusse dubitandi ratio. Quod levem culpam praestare debet focus, ludere videbatur natura contractus, ad utriusque emolumentum comparati. Alii cum hinc contractus id singulare habeant, ut & focus sibi quicunque admittat, & si eum parum diligenter esse videat, illum suas res habere

jubere possit; nulla videbatur ratio, cur focus eam à loco diligenter exigeret, quam diligentes patresfam. In rebus suis adhibere solent, cum ordinaria ejus diligentia contentus, eum & elegit, & focus sibi retinuerunt. Quare demum placuit media fententia, ut levem quidem culpam praefit focus, sed non in afflictio, ut vocant, verū in concreto, id est, non talem praefut diligenter, quemal frugi paternas familias adhibere solent, sed quia ipse focus in rebus suis uititur. Atqui late culpa reus est, qui minus diligens est in rebus alienis, quam in suis l. 32. ff. dep. Id quidem verum in his contractibus, in quibus culpa levius in abstracto praefuit. Sic enim verum est, culpam levem esse, si quis non eam diligenter admittat, quam adhibet paternas diligens: late profecto culpe reus erit, qui in alienis rebus, ne ea quidem diligenter uititur, qui ut solerit in suis. Plura eam in rebus alibi diximus. HEIN.

Qualum suis rebus adhibere solet J. Didicimus socium suo non modo ex nomine teneri, si quid dolu[m] commiserit, verū etiam nomine culpa ex eleidit: atque in hoc distare focum ab eo, cui res custodienda data est seu depositario, qui

2 dolum praefit dumtaxat. Porro nunc docemur,

ad quem gradum diligenter culpa in judicio fo-

cietatis examinanda sit; quod & ipsum dubio

care videbitur, si in societate quoque regulam de contractibus, que utriusque utilitatem tan-

gunt, servari placeat, & culpa nomine ex usu

juris auctoritate tantum accipimus, non

etiam levissimum. Ait Justinianus, culpam in so-

cietate non ad exactitudinem diligenter dirigendam esse, sed sufficere talen[m] diligenter com-

muni[n]ibus rebus diligenter, quemal suis

rebus adhibere solet. Quae sunt ipsissima verba

Gajii in d. l. focius. 72. hoc tit. His verbis nobis

pene indissolubiliter nodum necit responsum.

Celsi in l. quod Nerva. 22. dep. ubi Jurisconsultus referat & probat, quod Nerva dixit, la-

tiorēm culpam dolum est, scilicet vi & effectu,

ut non minus, quam dolus in deposito praefit.

Huius autem culpe reum esse ait, qui mi-

nus diligens est in rebus alienis, quam in suis,

five, ut loquitur Jurisconsultus, qui non ad

suum modum curam in deposito praefit. At ni-

hil amplius Justinianus à loco exigere videbitur;

inter quem tamen & depositarium hanc ipse

differenciam ante constituit; quod focus prae-

mittere videntur.

De queri fibique hoc imputare] Hic ratio

efficere videbitur, ut ne media quidem diligen-

ter a loco exigenda sit, per l. i. §. 3. quaeque, i.

de oblig. & action. & §. pen. sup. quod. mod. n. p.

contr. obligat. Sed in ea societate ex ratio ideo

id non evincit, quis ex adverso alia est & fortior,

ob quam iustum sit locum praefitiae medie-

dilectionis additimus; mirum quia in hoc

contractu omnium veritas utilitas: tantum hor-

efficit, ut a loco non sit exigenda diligenter

fumma atque exactissima, quam forte aliquis

putet a loco praestandum esse, propterea quod

ea societas natura est, ut diligenter quam-

dam atque industria sociorum desideret, quam

ipsum etiam singuli in se suscipere & tacite pre-

mettere videntur.

TITULUS VIGESIMUS SEPTIMUS.

DE MANDATO.

Dig. Lib. 27. Tit. 1. C. Lib. 4. Tit. 35.

Continuatio. Definitio mandati, ejusque per partes explicatio: & alia seu in primis necessaria.

TEXTUS.

Divisio à fine.

Mandatum contrahitur quinque modis, sive sua tantum gratia aliquis tibi mandet, sive sua & tua, sive aliena tantum, sive sua & aliena, sive tua & aliena. At si tua tantum gratia: tibi mandatum sit, supervacuum est mandatum, & ob id nulla ex eo obligatio, nec mandati internos actio nascitur.

NOTE.

Mandatum contrahitur] Ex Gajo l. 1. b. Mandare est gratuitu[m] aliud gerendum committere. Vid. inf. in comm.

COMMENTARIUS.

Mandatum varias recipit divisiones. Nam si aliud est expellum, aliud tacitum, l. 6. s. 2. b. qui patitur. 18. hoc tit. Ab objecto dividitur in generale, quod universa alicuius negotiis continet, & speciale, quod quedam, aut unum tantum. Illud vulgo subdividi sole in generale simplex, & cum libera. De quo nihil diximus sub §. nihil autem 42. sup. de ver. divis. Hic etiam pro conditione negotiorum, pro illa aut judicialia aut extrajudicialia sunt, distinguuntur. Hic alia proponit divisio, sumpta à fine, eaque quinque partita, quod sci- lienes mandatum contrahatur vel mandatum tantum gratia, vel mandantis & mandatarii, vel aliena tantum, vel mandantis & aliena, vel mandatarii & aliena. Quae eadem extat apud Gajum l. 2. hoc tit. Unde etiam sequentes §§. descripsi sunt. In quibus singula iste forme exempli illustrantur. Poterat hic addi & testa species, quando trium personarum gratia mandatum intervenit, mandantis, mandatarii, & aliena, cujus exempla in l. 8. §. 3. & 4. eod.

At si tua tantum gratia] Quod mandatum solitus mandatarii gratia interponitur, forma tantum externa mandatum est, revera consilium potius, quam mandatum: & ideo vim obligandi non habet. Vid. inf. §. tua tantum. 7.

TEXTUS.

Si mandantis gratia mandetur.

1. Mandantis tantum gratia intervenit mandatum, veluti si quis tibi mandet, ut negotia ejus gereres, vel ut fundum ei eneres, vel ut pro eo sponderes.